



Universiteit
Leiden

The Netherlands

Physicarum disputationum septima de infinito, loco et vacuo

Groot, Hugo de

Citation

Groot, H. de. (1918, January 1). *Physicarum disputationum septima de infinito, loco et vacuo*. Thomas Basson, Leiden. Retrieved from <https://hdl.handle.net/1887/4550>

Version: Corrected Publisher's Version

License: [Licence agreement concerning inclusion of doctoral thesis in the Institutional Repository of the University of Leiden](#)

Downloaded from: <https://hdl.handle.net/1887/4550>

Note: To cite this publication please use the final published version (if applicable).

PHYSICARVM DISSERTATIONVM
SEPTIMA,
DE
INFINITO,
LOCO, ET VACVO

QVAM

Annunte numine, consensu, & decreto

Doctissimi ordinis Philosophicæ facultatis, sub præsidio, au-
spicijsque eruditissimi vndequeque viri

D. PETRI MOLINÆI Philosophiæ

Professoris dignissimi in celeberrimâ Aca-
demiâ Lugduno - Batavâ

Defendere annitar

HVGELIANVS GROTIUS Delphensis.

v. Kalendas Octobris.

In Auditorio Philosophico horâ solitâ.



LUGDVNI BATAVORVM

Ex officinâ Thomæ Basson.

clb. b. iiii.

Viro Probo, & Docto

D. IACOBO LASSONIO

Vigilantissimo ludi litterarij Del-
phenfis moderatori

IN

INFINITÆ quam debeo Gratia

PRO

LOCATA quondam in me erudiendo diligentia,

NON

INANE *Ἰνὴν*

HASSE DE

INFINITO, LOCO,

ET INANI,

THESES

Offero, dedicoq.

L. M.

RESPONDENS

HYGEIANVS GROTIVS *Delphenfis.*

THESES PHYSICÆ
DE
INFINITO, LOCO,
ET VACUO.

THESIS I.

QVoniam præcessit tractatio de motu, non absortum erit si de finito, & infinito, tanquam alterâ rei naturalis affectione aliquid dicamus.

II.

Infinitum cum æquivocè & pro infinito negativè, et pro infinito privativè, & pro vix finito sumatur, nos de infinito privativè tantum agemus, cuius unius cognitio ad Physicum pertinet, cuius est quærere an quantum ullum infinitum in naturâ dari possit.

III.

Ens omne aut est actu, aut potestate. Infinitum actu, si ullû est, debet esse ens permanens

cuius partes simul existentes nunquam quis-
quā aut numerando, aut metiendo ita percur-
ret quin adhuc plura supersint percurrentia.

IV.

Potentiā infinitum, est ens fluens, & succes-
sivum; Ac dicitur potentiā infinitum quia in
infinitum potest ipsi addi, etiamsi simpliciter
finitum sit: Vt numerus, linea, tempus: Neq; ta-
le est potentiā quemadmodum es est potentiā
statua, sed potius ut dies, aut Olympiades po-
tentiā infinitæ esse dicuntur, nam earū iam ali-
quid est, idq; fit cū aliquod præsens, trahit post
se perpetuò aliquod consequens *ὁ μὲν γὰρ*: Infinitū
hoc modo admittimus, altero reiicimus.

V.

Potentiā infinitū est vel additione, vel detra-
ctione, vel utroq; modo: Additione, cui in infi-
nitū addi potest aliquid, quo maius fiat: quale
est numerus: Detractione, quod in infinitū po-
test proportionaliter dividi. Tale est omne con-
tinuum, nam quanquam si semper tertiam
vel quar-

vel quartam partem istius totius demas tollatur continuum, tamen si vel dupla, vel tripla proportio, vel similis serveretur, non tantum ad totum, sed & ad omneis parteis nunquam cessabit divisio. Vtroq; modo infinitum est tempus, quod & continuum est, & cuius duratio secundum numerum motus extenditur.

VI.

Haftenus ergo de internis egimus: nunc ad externas affectiones pergamus, quales sunt
Locus, & Tempus.

VII.

Locus est duplex, communis, & proprius.

VIII.

Communis locus est corporis continentis superficies quâ re contentam ~~impulsus~~ contingit.

IX.

Locus proprius est superficies immobilis
A 3 corporis

corporis continentis quâ re contentam ^{apud}
contingit. Vnde sequitur eum contento
esse æqualem.

X.
Propria loci sunt. 1. Esse immobilem, etiam si
corpora, quorum est superficies, moveantur. 2.
Corpus sine eo esse nō posse. 3. cōservare corpus
quod in eo naturaliter collocatum est. Porro
locus ipse non est in loco, non enim est in cor-
pore continentis, ut locatum in loco, sed ut su-
perficies interna in corpore concavo.

XI.

At quoniam & Vacuum ab antiquis Physi-
cis pro loco habitum est (vacuum enim esse
volebant Locum corpore privatum) debuit
hic paucis tractari.

XII.

Vacuum fluxit ex opinione, & sensu vulgi,
putantis ibi esse manere, ubi nihil est quod incur-
rat in oculo, aut tactu discernatur: ut in aëre:
Contrà est Aristoteles, & ratio: Nam si esset Va-
cuum nihil posset in eo quiescere, nec moveri:

Et si

Et si moveretur, motus fieret in instanti, quia
tarditas, & celeritas motus fit ex maiori aut
minori obfistētiā mediij: Plem verò ad vacuum
nulla est proportio: Quocircà motus qui fit
per vacuum non debet ulla esse proportio ad
motum qui fit per plenum, fiet ergo in non
tempore.

COROL.

I.
Cœlum totum non est in loco.

II.
Supra cœlum non est vacuum.

III.
Antè mundum creatum non fuit Vacuum
ubi est mundus.

IV.
Corpus si quod est præter naturæ ordinē, à
Deo locatum supra cœlum hoc mobile, affer-
mus esse in loco etiam circumscripivē.

FINIS.

EPIGRAMMA
HYGEIANO GROTI

M E O.

P Rô pudori adscendūt ante alpha & beta Cathedrâ
Quis volupe est docto ludibrium ire choro.
Non secus illa avium male-conciliata propages
Nondum pennipotem se dare in astra cupit.
INGENIVM Logices cum curâ anquirere blennos
Buccones, proprium quos latet Ingenium,
Vt vidi, risi. Quid! vulgò INSCRIPTIO sordet
DELIFICA, quæ se hominum secula nosse iubet?
Tu GROTI Sophia haut vanis virtutibus aucte
Expromis prisca diâ Reperta Stoa.
Atq; hoc cum plausu. viden' ut defixa Inventus
Incapti, favēat linguâ animoq; tuis?
Maeste, ô, magne Puer, magni vestigia Patriæ
Insiste, hinc venies tu quoq; in ora virum.
Hinc INFINITÆ tibi surget adorēa laudis;
Hinc tuum erit nullo nomen INANE LOCO.

Quod voveo & auguror,
qui hac tumultuariē scripsi,
P. SCRIVERIVS.